

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 22: De obedientia (18b)

Et infra (Bernardus in epistola ad fratres de monte dei):

Animalem discretum, novitium prudentem,  
incipientem sapientem, in cella diu posse consistere,  
in congregatione durare impossibile est.  
Stultus ergo fiat, ut sit sapiens.  
Hec omnis sit eius discretio, ut in hoc nulla sit ei discretio.  
Hec omnis eius sapientia sit, ut in hac parte nulla ei sit.

Sic et animale discretum, novitium prudentem,  
incipientem sapientem; in cella posse diu consistere,  
in congregatione durare, impossibile est.  
Stultus fiat, ut sit sapiens.  
Et hoc omnis sit eius discretio, ut in hoc nulla ei sit discretio.  
Haec omnis eius sapientia sit, ut in hac parte nulla ei sit.

Guillelmus de Sancto Theodorico, *Epistula ad fratres de Monte Dei*, 54 (P. Verdeyen ed., CCCM 88, p.239, ll.394-399).